

*3. Instrumentum venditionis di  
Giovanni in favore del figlio Elia*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*3. Instrumentum venditionis di  
Giovanni in favore del figlio Elia*

1204-02

(c. 93v) In nomine s(anctissi)me ac individue Trinitatis amen. anno ab incarnatione salvatoris nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo quarto, mense februarii, septime indictionis <et> regnante domino nostro Frederico Dei gratia rege Sicilie, ducatus Apule# et principatus Capue, sexto anno regni eius feliciter, amen.

1

In presentia bonorum hominum ac subscriptorum testium Potentie, ego Iohannes vendo et trado tibi Helie, filio meo, unam meam terram sitam in Pantano, hiis finibus circumdatam, scilicet: ab oriente tenent ecclesia Sancti Michaelis <et> Alexius de Potentia; a meridie tenet Iohannes de Rollando; ab occidente via puplica et a septentrione teneo ego supradictus Iohannes venditor. Hanc dictam terram qualiter est hiis <prescriptis> finibus circumdatam per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus, tibi prenominato filio meo vendo et trado; pro qua <et> enim terra recepi a te iamdicto Helia unciam auri unam et quartam nomine pretii; quapropter do et trado tam tibi quam <et> tuis heredibus liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi nec non et quocumque modo volueritis alienandi predictam terram. Insuper repromicto tibi et heredibus tuis defendere et guarentire contra omnes homines qui te vel heredes molestare vel inquietare temptaverint tuos more iudiciorum et si ego prefatus Iohannes [ve]l mei heredes vel aliquis per me vel per meos heredes super te vel super tuos heredes venire tentavimus vel eam deinceps aliquomodo calumniati fuerimus seu pepet(er)e vel subtrahere vobis  
*sancte*

quesierimus aut defendere et guarentire eam vobis ab omnibus hominibus, ut supra dictum est, voluerimus more iudiciorum, debeamus componere viginti regales aureos nomine pene, medietatem tibi et (c. 94r) heredibus tuis et alteram medietatem regali curie, venditione prehabita rata pro tua permanente, preterea guadium <tibi> dedi et fideiussorem de guarenticia posui dictum Iohannem de [R]ollando.

2

3

4

5

Et taliter ego Salustius puplicus Potentie notarius hoc instrumentum scripsi quia interfui Signum manus Ardicanti qui supra interfuit testis Signum manus Hunufrii qui supra interfuit testis Signum manus Robberti de presbitero Mureso qui supra testis interfuit Signum manus Guillelmi Nisi qui supras interfuit testis Signum manus Iohannis de Rollando qui fideiussor et guarentitia Signum manus Guillelmi de Habraam qui supra interfuit testis

6

7

A noluerimus

A perpetuo

A temptaverimus

A per repetere

A Ardimentus

A Eunufrii

*3. Instrumentum venditionis di  
Giovanni in favore del figlio Elia*

5

8

A Rufi